

**309** s. p. q. R. | imp. Caesari, divi Traiani | Parthici f., divi Nervae nepoti | Traiano Hadriano Aug. pont. | max., tr[ib.] pot. II<sup>1</sup>, cos. II, | qui primus omnium principum et | solus, remittendo sestertium novies | milies centena milia n. debitum fisci, | non praesentes tantum cives suos sed | et posteros eorum praestitit hac | liberalitate securos<sup>2</sup>.

*Romae in foro Traiani litteris olim aere expletis (VI 967): integra semel tantum descripta est ante saec. IX, quod exemplum servaverunt et codex monasterii Einsidlensis saec. IX et ex simili codice Poggius; particula reperta est a. 1812 quae extat. — 1) Tribuniciam potestatem secundam suscepit Hadrianus die IV idus Dec. 117, cos. II fuit a. 118. — 2) De hac liberalitate Hadriani, remissione pecuniarum fisco debitarum, testes sunt praeterea nummi aenei ap. Eckhel 6, 478, Dio 69, 8, vit. Hadr. 7, 6, Hieronymus ad a. Abr. 2154.*

**310** imp. Caesari | divi Traiani | Parthici fil., divi | Nervae nepoti, | Traiano Hadriano | Aug., pontif. maxim., | trib. pot. II, cos. III<sup>1</sup>, | fratri Arvali.

*Romae rep. anno 1570 extra portam Portuensem, ubi fuit lucus fratrum Arvalium: semel descripta, deinde perit (VI 968). Eodem loco eodemque tempore prodierunt etiam aliae bases, imperatoribus positae non multum post adeptum imperium a fratribus Arvalibus, nempe Pii (VI 1000), M. Aurelii (infra N. 360), L. Veri (VI 1024), Septimii Severi (ib. n. 1026), Caracallae (ib. 1033), Gordiani (ib. 1093). — 1) Consul tertium Hadrianus fuit a. 119, tribunicia potestate II d. 10 Dec. 117/118. Alteruter igitur numerus corruptus sit necesse est.*

**311** ex s. c. collegium | augurum, auctore | imp. Caesare divi | Traiani Parthici f., | divi Nervae nepote, | Traiano Hadriano | Aug. pont. max., trib. | pot. V<sup>1</sup>, cos. III, procos.<sup>2</sup>, | terminos pomerii | restituendos curavit.

*Romae rep. in campo Martio ad ecclesiam S. Stephani vulgo dictam del Caccio (descripsit saec. XVIII R. Venuti, cf. Huelsen Herm. 22 p. 260). Gemelli lapides in aliis locis urbis Romae duo prodierunt (VI 1233 a b), quorum alter numeros quosdam in lateribus inscriptos habebat. — 1) Dec. 120/121. — 2) Cf. supra N. 304 not. 2.*

**312** imp. Caesari | divi Traiani Parthic. f., | divi Nervae nepot., | Traiano Hadriano | Aug. pont. max., tr. pot. V<sup>1</sup>, | cos. III, | optimo maximoq. princ.<sup>2</sup>, | decuriones | municipesq. Surrent., | pecunia conlata.

*Surrenti (X 676). — 1) Dec. 120/121.*

**313** imp. Caesar divi Traiani | Parthici f., divi Nervae nep., | Traianus Hadrianus Aug. | pontif. max., trib. potesta. XI<sup>1</sup>, | cos. III, munificentia sua | templum deae Cuprae | restituit.

*In ora Piceni rep. prope vicum Grottamare, non ita multum a loco ubi fuit Cupra maritima (IX 5294). — 1) Dec. 126/127.*

**314** numini domus Augustor[um] | et imp. Caesari divi Traiani Parthici[i fil.] | divi Nervae nepoti Traiano Hadriano Au[g.] | pont. max., trib. pot. XIII<sup>1</sup> cos. III p. p., Sabinae Au[g.], | senatui populoq. Rom., col. Iul. Conc. Apamea | balineum Hadrianum ex p. public. dedicavit.

*Apameae Bithyniae rep.: vidit Domaszewski (III S. 6992). — 1) Dec. 128/129.*